Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eius silerem. et conquiescere facerem eum
regibus et consulibus terre. qui edificant sibi
solitudines. aut cum principibus qui possi
dent aurum. et replent domos suas argen
to. aut sicut abortivum absconditum non sub
sistem. vel sicut nati non viderunt lucem. Tu
Ibi impii cessaverunt a tumultu. et ibi requie
runt fessi robore. Et quidem vincti pariter
sine molestia non audierunt vocem ex
actoris. Parvus et magnus ibi est. et servus
liber a domino suo. Quare data est miseris
lux. et vita his qui in amaritudine animi
sunt. Qui expectant mortem et non venit.
quasi effodientes thesaurum. gaudebunt vehe
menter. cum invenerint sepulchrum. Tre.
Ubi cum abscondita via. et circumdedit
eum deus tenebris. Ignem comedam iusqui
et qui inundantis aque. sic rugitus mis
qa timor quem timebam evenit mihi. et quod